

Šest listina za povjest grada Zagreba.

Poznati naš historičar Ivan Tkalčić sakupio je povjesne spomenike grada Zagreba, od kojih je do danas izišlo devet opsežnih svezaka. Kao dodatak k ovima priopćujemo ovdje nekoliko do sada nepoznatih listina, koje se odnose na prošlost grada Zagreba.

I.

God. 1345. 11. decembra. U Višegradu.

Kraljica Elisabela nalaže banu Nikoli i njegovim službenicima, da ne smiju od Zagrebčana utjerivati daću.

Elizabet dei gracia regina Hungarie fidelibus suis magnifico viro Nicolao et comitibus, castellanis nobilibus in regno suo tributa habentibus eorumque tributariis publicis civium nostrorum de Zagrabia conspexerunt et viderent quod tributa soluere non teneantur neque dominus rex filius noster carissimus neminem in suo refringere velimus firmiter et districte precipiendo mandamus quatenus nullus ex vobis super predictos ciues nostros de Zagrabia de rebus eorum tributum exigere debeat prouti in eorum litteris priuilegialibus plenius continetur, et aliud in premissis non facturi. Datum in Vissegrad die dominica proxima post festum beati Nicolai confessoris anno domini 1345.

Jednostavni prijepis XVIII. vijeka (Krčelićev) u kr. zem. arhivu u Zagrebu. D. M. Ae. a. 1345.

II.

God. 1381. 20. marta u Bečkom Novommjestu.

Grad Zagreb uz neke ugarske gradove odobrava ženilbeni ugovor sklopljen između Hedvige kćeri kralja Ludovika i Leopolda vojvode austrijskoga.

Nos iudices iurati ac vniuersi cives ciuitatum Budensis, Wissegradiensis, Alberegalis, Cassouiensis, Trinchiniensis, Zagrabiensis, Tirnauiensis, Posoniensis et Suproniensis fatemur et plubice (sic!) recognoscimus pro nobis et omnibus nostris successoribus per presentes. Sicut inter illustrem et preclarum principem dominam Hedwigem, natam serenissimi principis domini Lodouici regis Vngarie etc. domini nostri naturalis, ac inclitum dominum Wilhelmum ducem Austrie primogenitum illustrissimi principis domini Leopoldi ducis Austrie matrimonialis contractus pro bono pacis et comodo regnorum et terrarum conscriptus est et confirmatus, iuxta tenorem et continenciam litterarum quas superinde serenissimi principes prelati dominus noster, dominus Lodouicus Vngarie rex nostraque graciousissima domina regina et certi archiepiscopi, episcopi, comites, barones ac consilia sub sigillorum ipsorum appensionibus tradiderunt; et nos exmissionibus et mandatis eorundem dominorum regis et regine, dominorum et consulum ipsorum permisimus et

polliciti sumus per nostre fidei iuramenta, quod nos et nostrum quilibet tactis sacrosanctis euangelii prestitimus et prestamus, quod nos prefati matrimonialis contractus litteras, omnesque ipsarum obligationes et premissa contenta in eisdem rata habere volumus ac tenemur, nec unquam contra eas verbis siue factis facere per conamenta, nec iusticiam causalem dolo et fraude penitus semotis. Et si aliquis huic contractui resisteret vel obstare imposterum niteretur, illud debemus impedire adhibituri ad hoc consilia et auxilia pro nostro posse, ut contractus ipse matrimonialis in litteris predictis contentus in suis singulis punctis maneat quoque compleantur et seruentur omnes obligationes et premissa in eisdem litteris comprehensa. In quorum fidem nos ciuitates predictae presentes litteras nostrorum sigillorum fecimus appensionibus roborari. Datum in Noua ciuitate feria quarta proxima in dominica letare anno domini millesimo tricentesimo octuagesimo primo.

Izvornik na pergameni u dvorskom arhivu u Beču. Na listini visi 8 pečala, develi (košički) odpao. Po prijepisu A. B(rlića)? 1855.

III.

God. 1477. 18. augusta.

Pređ općinom zagrebačkom prodaje Dora žena Antuna Mrska i Dora udova Valentina, svoju kuću Brcku sinu Benku iz Velike Gorice.

Nos Johannes filius Sebastiani iudex, Dionisius, Marcus, Andreas, Stephanus, Gregorius, Valentinus, alter Valentinus et Gregorius iurati consiliarii et vniuersi ciues ciuitatis Montis grecensis ac tota communitas, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod prouide et honeste mulieres Dorothea vocata filia condam Elene Pozkovicza dicte, consors vero Anthonii institoris Mrsek dicti, et similiter altera Dorothea vocata relicta condam Valentini agricolae inhabitatoris dicte ciuitatis, soror vero carnalis prefate Elene Pozkovicza dicte ac matertera eiusdem Dorothee consortis ipsius Anthonii institoris ad nostram personaliter venientes presenciam confesse sunt in hunc modum, ut ipse quendam domum suam lignei operis simul cum fundo in dicta ciuitate habitam et constructam inter domus et fundos viri prouidi Valentini Sporar dicti a parte scilicet septemtrionali ab v[n]a et ab altera vero prouide mulieris Elene relicte condam Milecz dicti videlicet a meridionali parte habitam et existentem, mediam in toto curiam ad vnum dicte ciuitatis in se continentem, ipsas scilicet prefatas Dorotheas mulieres iure donacionis seu per modum concambii a predicta communitate litteratorie concernentem, prout hoc in quibusdam duobus litteris nostris seu ciuitatis prefate priuilegialibus clare continetur, tempore iudicatus viri prouidi et honesti Valentini pridem iudicis et conciuis nostri filii Michaelis de anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, feria sexta proxima post festum epiphaniarum domini dudum preteritis, pro parte prefatis Dorothee et altere Dorothee millerum superinde confecte et emanate ac coram nobis in specie producte clare conspeximus fide contineri oculatas simulcum omnibus eiusdem domus lignei operis fundi medii curie ad usum dicte ciuitatis in se continentem, utilitatibus iuribus, vsibus, integritatibus et pertinenciis vniuersis, viro prouido et honesto Briccio sartori filio Benedicti de Maiori Gorycza et Elene sue consorti, prout iam novis conciuibus nostris et per eos ipsorum heredibus pro duobus florinis auri et quatuor pennis denariorum viennensium nunc pro tempore currencium, per eosdem Briccium et Elenam prefatis Dorothee et altere Dorothee, prout ipsemet nobis retulerunt iam plene datis et persolutis vendidissent et contulissent, ymmo ex consensu predictorum vicinorum vendiderunt et contulerunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, ac iuxta condicionem ciuitatis prenotete ab antiquo laudabiliter approbatam quocunque voluerit disponendam. In cuius memoriam atque testimonium firmitatemque perpetuam presentibus sigillum nostrum com-

mune duximus appendendum. Datum feria secunda proxima ante festum sancti regis Stephani, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

Izvornik na pergameni s tragom pritisnula pečata na hrptu, kod pl. Ivana Čunčica u Kuću Br. 10.

IV.

God. 1492. 22. oktobra, u Zagrebu.

Pred općinom zagrebačkom prodaje Antun sin Fabijana iz Rakovca, svoj vinograd Zmrek (Cmrok) Luki sinu Jurja iz Požege.

Nos Gasper Kysewych filius Pauli, iudex, Fabianus, Michael, Iacobus, Georgius, Bolfangus, Johannes, Michael et Gallus, iurati consiliiarii et vniuersi ciues ciuitatis Montis grecensis, memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis, quod vir prouidus Anthonius sartor, filius Fabiani de Rakonok conciuus noster ad nostram personaliter veniens presenciam, confessus est in hunc modum: vt ipse quandam vineam suam totalem Zmrek appellatam in territorio nostro seu ciuitatis prefate inter vineam desertam viri prouidi et honesti Berlek agricole ab vna videlicet orientali parte, a plaga vero meridionali successorum condam Petri Wkanych dicti conciuum nostrorum et inter duas vias communes, vnam ab occidente et alteram ab septemtrione sitas habitam et existentem, ipsum scilicet Anthonium sartorem a condam proba muliere Elisabeth aliter Jalsek dicta olim consorte legitima eiusdem Anthonii sortoris ob amorem coniugalis copule titulo donacionis literatorie concernentem, prout hoc in quadam litera nostra seu ciuitatis prefate priuilegiali, tempore videlicet iudicatus viri prouidi et honesti Georgii Semoris iudicis et conciuus nostri filii Viti de anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo, feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum nuperime preterita pro parte ipsius Anthonii sartoris superinde confecta et emanata ac coram nobis in specie producta, et demonstrata expresse vidimus contineri occultata, simul cum omnibus eiusdem totalis vinee in vicinitatibus supradictis habite, cunctis vtilitatibus, iuribus, vsibus, integritatibus et pertinentiis vniuersis sub eisdem prioribus et antiquis veris metis, viro similiter prouido et honesto Luce filio Georgii de Posega moderno comiti et conciuus nostro, ac per eum suis heredibus pro viginti octo florenis auri per eundem, Lucam comitem nostrum prefato Anthonii (sic!) sartori prout ipsemet nobis reulit iam plene datis et persolutis, vendidisset et contulisset, ymmo ex consensu vicinorum predictorum venditit et contulit coram nobis iure perpetuo et irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam ac iuxta condicionem ciuitatis prenotate ab antiquo priuilegialiter approbatam, quomodocunque uoluerit disponendam. In cuius rei memoriam et testimonium firmitatemque perpetuam presentibus sigillum nostrum commune duximus appendendum. Datum feria secunda ante festum beati Demetrii martiris, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Izvornik nalazio se je g. 1896. kod g. Stjepana Šimca u Šandrovcu (županija Belovarsko-križevačka). Na hrptu bijaše pritisnul pečat.

V.

God. 1510. 16. januara.

Općina zagrebačka prodaje neku kuću Nikoli i sinu njegovom Jurju.

Nos Emericus Mykwlych filius Demetrii iudex, Stephanus, Blasius, Georgius, Marcus, Johannes, Simon, Valentinus et Nicolaus iurati et consiliiarii ac tota communitas ciuium ciuitatis Montisgrecensis, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod nos quandam domum lignei operis simul cum fundo et celario subterraneo, que prefuerat condam magistri Mathei notarii canonici ecclesie Zagrabiensis,

quam idem in mortis articulo testamentaliter ad reformationem muri nostre ciuitatis le-gauerat, in ciuitate nostra habitam, inter domum magistri Anthonii canonici ecclesie Za-grabiensis a parte septentrionali, et inter domum viri prouidi Iohannis freniparis Lon-charych cognominati a parte meridionali, a parte occidentali via communis, a parte vero orientali usque murum nostre ciuitatis habitam et existentem, vnam mediam curiam ad vsum dicte ciuitatis in se continentem, ipsum scilicet condam magistrum Mathiam cano-nicum a condam magistro Georgio archidiacono de Bexin, similiter canonico ecclesie Za-grabiensis empcionis titulo concernentem simul cum, omnibus eiusdem domus, fundi et celariique subterranei vtilitatibus iuribus, vsibus, integritatibus et pertinenciis vniuersis prouidis viris Nicolao freniparo et Georgio carnifici filio suo ac per eum suis heredibus pro florenis septem auri boni et iusti ponderis, et per eosdem nostre communitati datis et persolutis vendidimus et contulimus iure perpetuo et irrauocabiliter tenendam, possi-dendam pariter et habendam, ac iuxta condicionem ciuitatis prenotate ab antiquo priuilegialiter approbatam quocunque voluerit disponendam, antiquas quoque litteras que presentibus forent contrarie vanas, cassas, mortuas ac viribus carituras, eorumque exhi-bitoribus nocituras relinquimus et commisimus. In cuius rei memoriam, testimonium firmi-tatemque perpetuam presentes litteras sigillo nostro communi roboratas eidem duximus concedendas. Datum feria quarta in festo beati Anthonii abbatis anno domini millesimo quingentesimo decimo.

Izbornik na pergameni, sa tragom pritisnula pečata na hrptu, kod pl. Ivana Čunčića u Kuću Br. 10.

VI.

God. 1512. 30. aprila u Zagrebu.

Pred općinom zagrebačkom daruje Ivan sin Dinka Saronića svoj vrt i kuću Dežmarnicu i vinograd pred mesničkim vratima Ivanu Požgaju.

Nos Sowan pastor filius Iohannis iudex, Michael et alter Michael, Benedictus, Matheus, Vrbanus, Nicolaus, Johannes ac alter Johannes iurati consilarii et vniuersi ciues ciui-tatis Montisgrecensis, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod nobilis et prouidus vir Iohannes filius condam Dominici Saronych olim conciuus nostri, ad nostram personaliter veniendo presenciam confessus est in hunc modum: qualiter ipse matura prius intra se deliberacione prehabita ortum suum simul cum domo Desmarnycza vocatum et vinea extra portam carnificum habitum et exi-stentem, simulcum omnibus aliis pertinenciis nobili et prudenti viro Iohanni Posegay se-niori iudici et conciuui nostro ac per eum suis heredibus causa amicicie et certa solucione pecuniarum videlicet quinque florenorum, iuxta legacionem et testacionem egregii Eme-rici Therek de Ennynggh, prout in litteris sibi sonantibus clarius continetur, ipsi Iohanni Posgay (sic!) perpetualiter donasset et legasset, idem Iohannes Saronych suum beniuolum consensum prebuit pariter et assensum, et si aliquid iuris in eodem orto et vinea Des-marnycha vocata habuisset et haberet, id totum et omne ius et proprietatem ac litteras auticas eidem Iohanni Posgay in testimonium dedisset et assignasset, ymmo dedit, ven-didit, consensit et assignauit coram nobis perpetualiter tenendum possidendum pariter et habendum, nemine penitus contradicente, ac iuxta condicionem ciuitatis prenotate ab antiquo priuilegialiter approbatam, quocunque voluerit disponendum. In cuius rei me-moriam, testimonium firmitatemque perpetuam, presentibus sigillum nostrum commune duximus imprimendum. Datum feria sexta ante festum beatorum Philipi et Iacobi apos-tolorum, anno domini millesimo quingentesimo duodecimo.

Izbornik na pergameni u kr. zem. arhivu u Zagrebu D. M. Ae. a. 1511. — Pečat što bijaše pritisnut na hrptu odpao je.

E. Laszowski.